

ria captaris? Resp. Adfirmat communior Probabilissimarum opinio. Verum, cum nos propugnauerimus iura, neque in defensionem propriorum bonorum licitam esse occisionem furum; iam confitit multo minus licitam esse occidere invadentes bona aliena. Quapropter, ne adire agamus, abstinentes ad ulteriori sententiae huius consultatione.

CAPUT VI.

De suicidio directo.

I. Soli haeretici quos Circumcelliones vocant, suicidium propugnant, ut quoddam martyrii genus: quapropter variis cruciatibus semetipsos interimebant.

II. Veritas de fide est, illicitum noxiunque esse suicidium. Vetum quippe est quinto mandato, *Non occides*. Si autem vetatur occidio alterius, potiori iure prohibita erit sui ipsius occisio; homo namque non est vitæ lux dominus, iuxta illud Sapientia: *xvi. Tu es, Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem: & Deuteronomii xxxi. Ego occidam, & ego vivere faciam*. Ergo divinam sibi usurpat auctoritatem qui seipsum occidit. Neque in penitentiam admitti sceleris licita est sui ipsius occisio, ut fecit Iudas. Hanc haeretici constant D. Aug. Lib. 1. de Civ. Dei cap. xvii. & D. Thomas 2. 2. q. lxi. artic. 5.

III. Disputant Theologi in utramque partem, peccet ne contra caritatem tantum, an etiam contra iustitiam qui seipsum interimit. Verum, in missis inutilibus subtilitatibus, sententia vera est suicidium non caritati modo, verum etiam iustitiae adversari. Hoc conceptis verbis evincit D. Thomas 2. 2. quest. lxi. art. 5. sic inquires. *Uta est quoddam donum dicitur homini attributum, & eius potestati subiectum, qui occidit, & vivere facit. Et ideo qui seipsum vitam privat, in Deum peccat; sicut qui alienum servum interficit, peccat in dominum, cuius est servus; & sicut peccat ille qui usurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis, & vitæ, secundum illud Dexter. xxxi. Ego occidam, & ego vivere faciam. Et superius dixerat idem Angelicus in eodem art. Quilibet homo est pars communitatis. Unde in hoc quod seipsum interficit, iniuriam committit facit, ut patet per Philosophum Eth. V. Hæc omnia comperta sunt, nec egent fultiore sermone.*

IV. Quest. I. Det, aut iudicis precepto si

et. ne seipsum occideret? Resp. Solus Deus dominus est vitæ, & mortis. Quare, si Deus alicui præcipere utle interiret, parendum esset divino mandato. Hoc Dei preceptum pluribus Sanctis, caelesti lumine illustratis, innotuit. Sic Sampson seipsum occidit. *Nec Sampson aliter excusatur* (inquit D. Aug. Lib. I. de Civ. Dei cap. xxi.) *quod seipsum cum iohannis verna domus oppressit, nisi quod latenter Spiritus sanctus hoc iussit, qui per illum miracula faciebat*. Hoc eodem divino impulsu, permotus se in ignem coniecit S. Apollonia; & Pelagia se ipsam interemit, ut integram custodiret pudicitiam. Aliis viris sanctis, ut Abrahamo, peripicere iuram Deus patefecit mandatum, quo aliorum occisionem præcepit. His igitur (concludit Augustinus loc. cit.) *exceptis, quos vel lex generaliter, vel ipselonus iustitias Deus specialiter occidi iubet, qui quisque hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine vincitur*.

V. Viri itaque sancti qui sibi mortem conceperunt, id peculiari Dei instinctu pergere. Ethicorum plures manus in se iniecerunt, non divina aliqua illustratione, sed mundanae gloria studio succensi. Ignorantia invincibilis suicidii non datur. Quare falsam reputent sententiam quam de Lucretia Romana defendit P. Ludovicus Molina de iust. Tom. II. tract. 111. disput. ix. num. 5. Neque est, improbabile, ignorantiam excusale a culpa letali actum quo Lucretia seipsum interfecit, simileque alios actus ab ethnicis hominibus perpetratos. Hæc ignorantia invincibilis vel ipsius Decalogi quam descendunt Probabilitate, commentaria est, Patrum, & antiquorum Theologorum doctrina adversa. Audiant Probabiliter, quod contra opinionem Molinæ, Lucretiae defensoris, scribat Augustinus Lib. I. De Civ. Dei cap. xxi. *Vos appello, leges, iudicesque Romani. Si ad vestrum iudicium quisquam dederit hoc crimen, vobisque probaretur, non solum idem matrem, verum etiam castam, & innocentem interfecit esse mulierem, non ne eum qui id fecit, levitate congrua pleberet? Hoc fecit illa Lucretia: illa, sic prædicata Lucretia: innocentem, castam, vim perpellam Lucretiam Lucretia in super interemit. Proferre sententiam. Quod si propterea non potestis, quia non astat quam punire possitis, cur interfecit innocentem? & casta tanta prædicatione laudatis? Si adultera, cur laudata? Si pudica, cur occisa? Idem de Cato, & aliis celeberrimis Ethicorum viris sentendum.*

VI. Se-

VI. Sæcunda quæstionis pars æque certa est, nempe neminem licite posse iudicis precepto seipsum interire. Quoniam iudices tenent nulla in hominum vitam a semetipsis eripiendam potestate fruntur; atque adeo nequeunt præcipere ut homines, regnante inclinatione naturali, seipsum occidant. Porro potestatem acceperunt puniendi reos, minime vero iubendi ea que naturæ repugnant, ut est occisio sui ipsius. Quare sicut index reus capitalis delicti nequit sibi mortem conferre, sed publicè potestati se tradere; ita nequit iubere ut damnatus ad mortem seipsum interimat.

VII. Obiicit. Damnatus, ut veneno pereat, tenetur os aperire ad venenum suscipiendum: ergo poterit quoque propriis manibus illud sibi propinare. Resp. Negatur consequentia. Duplex actionum genus distinguendum. Aliæ actiones sapte natura mortem inducunt; ut sumptio veneni, venenum in piscio, unde torus effluit sanguis, se e patibulo præcipitem dare. Aliæ remote tantum ad mortem occurrant, ut ascensus scale ad patibulum, collis submissio, oris apertio, & id genus similia, que, cum indifferenter sint, mortem necessario non inducunt. Actiones primi generis illicitæ sunt, secus aliæ. Quare licite rei scalam ascendunt, cervicem lubrunt, venenum in os insulam a carnifice deglutunt. Lubet D. Thomæ verba exscribere ex 2. 2. quest. lxi. art. 4. ad 2. ubi asserit, quod *nullus ita condemnatur, quod ipse sibi inferat mortem, sed quod ipse mortem patitur. Et ideo non tenetur facere id unde mors sequatur. Sicut si aliquis sit condemnatus ad fame moriatur, non peccat, si cibum sibi occidit ministratum sumat: quia non suaverit esse seipsum occidere*. Hinc clare colligitur; quod, sicut malefactorum nemini præcipitur ut ferro te interimit, ita minime damnandus quilibet sit, cogendusque ut veneno se necet, aut fame conficiatur, cibo præsentem. Cibum omnis subtrahi reo potest, ut ille patitur famem, & mortem. Nullo vero modo cogendus est, ne de cibo obolato manducet: quia, si cibum præsentem negligeret, mortem ille sibi conficeret.

VIII. Qui sunt se a viperis morderi, venenunquæ hauriunt, ut theriacæ vim experiantur, sulte se gerunt. Neque satis est medicorum iudicium, quo tellentur theriacam ad artis regulam compositam esse. Quoniam certum est morsum viperæ, & haustum veneni res esse mortales. Antidotum vero

theriacæ ob plures causas, circumstantiaque vim expellendi veneni amittere potest. Quare hæc experimenta in solis braciis facienda sunt, nunquam in hominibus. Improbando quoque sunt qui Indos exercent in quibus probabile imminet vitæ periculum. Hos inter colloco eos qui super sanem ambulat, corpunque volutant, e fune dimittunt, una manu funi affixa, vel capite deorsum invertio, & pede fofo linem prementem.

IX. Quest. II. Licita ne est alicuius membri mutilatio? Resp. Convenit penes omnes, licitum esse pati ablicionem alicuius membri, ut totius corporis tantati provideatur. Ceterum, quemadmodum minime licet, vel ex precepto iudicis, semetipsum necare: ita non est licitum sibi propriis manibus membra corporis abicdere. Quoad tamen membri ablicio necessaria est ad evitandum mortem, aut malum aliquod gravis membri iactura, potest quoque sibi membrum abicdere. Hæc ratio licitum est, manum, brachiumque exponere, ut universo corpori caveatur. Homo custos est sui corporis, eaque omniage re valet quæ prudenter expedire cognoverit ad illius conservationem. Quare, si abesse chirurgus, & dilatio mortalis foret, eo quod venenum se per corpus effunderet; ipse letis possit sibi licite manum amputare, ut certam mortem evaderet. Item vinculis contractus potest pedem, vel manum abicdere, ut mortem sibi a fera, vel sicario inferendam evadat. Comburendus a flammis ex alta turri potest se decidere cum periculo fractionis crurum. Si tamen atterens nimium gravissimique dolores proferendis essent in membro ablicione; nemo teneatur membri relicionem pati, eo quod tanto pretio salutis conservanda non sit. Excipiunt hominem Reipublicæ peritulum. Verum aut ipse salutem certæ est, aut non. Si primum, via aliquem reperire erit qui nolit acerbo dolore suffere, quando certus mortaliter sit sanitatis obtinende. Si vero spes dubia, & exigua fuerint, pauci erunt qui tantis cruciatibus velit se subicere ob ipem dubiam salutis comparande. Ne multa. Hæc in re peritorum iudicio standum est.

X. Quest. III. Licitum ne est semetipsum castrare ad superandos tentationes? Resp. Negant Theologi fere omnes: & hæc in-tentia negans certa est. Id decilium habetur in Concilio Nicæno, a quo reprobatum fuit factum Origenis, qui virilita sibi abiecit, ut castitatem servaret. D. Thomas optime more tuo rem hanc resolvit 2. 2. quest. lxxv. art. 1. ubi

CAPUT VII.

De suicidio indirecto.

I. ubi, postquam docuit, neminem posse sibi mutilare membrum sanum, aut permittere mutilationem, posse vero & abscindere, & permittere abscissionem membri putridi ad totius corporis conservationem, repletur numerum licere membri abscissionem ad peccatum vitandum. Rationem evidentem assignat. Ideo enim licet abscindere membrum putridum ad totius corporis sanitatem, quia reapse abscitio putridi membri confert ad corporis sanitatem. Sed abscitio genitalium nullo modo necessaria est ad castitatem cultodendam, vel ad peccata vitanda. Transcribamus verba Angelici ex loc. cit. ad 3. *Membrum non est praecidendum propter corporalem salutem totius, nisi quando aliter tota subveniri non potest. Saluti autem spirituali semper potest aliter subveniri quam per membri praecissionem, quia peccatum subiacet voluntari. Et ideo in nullo casu licet membrum praecidere propter quocumque peccatum vitandum.* Unde Chrysostomus exponens illud Math. xix. Sunt Eunuchi qui seiplos castraverunt propter regnum Caelorum, dicit: *Non per membrorum abscissionem, sed malum cogitationum interceptionem: maledictioni enim est obnoxius qui membrum abscindit: etenim homicida sicut qui talia praesumit. Et postea subdit: Neque concupiscentia manusior ita fit, sed molestior: aliunde enim habet fontes sperna quod in nobis est; & praecipue a proposito incontinenti, & mente negligente: nec ita abscitio membri comprimit tentationes, ut cogitationes frenent.*

XI. Quaesit. IV. *Licetum ne parentibus aut filios castrare, ipsis sive consentientibus, sive repugnantibus?* Resp. Pro sententia adfirmante adducit solent Paqualis desc. 408. Salon in 2. 2. quaesit. lxx. artic. 1. contr. 2. Trullenensis Lib. V. cap. 111. dub. 4. numer. 4. Ratio ihorum Anchorum est, quia euaphi honorabiles efficiuntur apud Principes, a quibus cantus suavitate ingentia lucra accipiunt, siveque sustentationi maximo decore provident. Haec autem ratio futis proflua est, & vana. Neque enim perveniendus est naturae ordo ad temporalia lucra, aut ob honorem, & famam apud Principes comparandum. Praeterequamquod commentitius est honor ille, fallaque fama. Quin castrati, & eunuchi apud omnes cordatos viros, & in iustis, certe ut naturae monstra habentur. Si ergo ob salutem spirituales animae, scilicet ad tentationes vitandas licita non est membrorum genitalium truncatio; quanto minus ea licebit ob temporalia commodata? & veritas hanc non potest

sunt, stationem firmiter custodire: pestis tempore possum sani homines fervire infirmis, & lue insectis; tamen hinc le subituro mortem praevideant. Quoties enim occurrit morsuum, certumque vere virtutis motivum, licet ob exercitium talis vere, & ceteraque virtutis mortis periculo propriam vitam exponere.

IV. Quaesit. III. *Tenetur ne infirmus cibum sibi ad mortem evadendam, si in sumptione extrinseci afficiatur doloribus?* Resp. dupliciter ex capite cibum abominationem & repugnantiam ad cibum sumendum: vel ex furore, & dementia, contra quam nullum est remedium; vel ex infirmitate extrema, quae ita vires extenuaverit, ut nequeat infirmus cibum deglutire, aut extrema laeta subiacidit, dementia, aut extrema lacta subiacidit, dementia, ut extrema laeta subiacidit, ut infirmi nolint tantum sibi sumere, quantum latet ad vitam servandum. Quare in his casibus dexterrate, & prudentia opus est.

V. Quaesit. IV. *Licetum ne femine est permittere se ab invalore violari, ne ab eodem occidatur?* Resp. Duo tanquam certa praecienda sunt. Alterum quod femina mortem potius perferre debeat quam libidini assensum praebere. Alterum quod, si invalore indiceret mulier ut ad impurum congressum se praepararet, alioquin morti obnoxia erit, mortem potius subire deberet quam le ad turpem actum disponere: quia tunc manifesta esset in turpitudine cooperatio. Distingueda etiam est duplex vix extrinsecus illata. Altera dicitur absoluta, quae est simpliciter talis, nuncupaturque *compulsio*. Altera appellatur *secundum quid* talis, quae licet inclinet, impellatque personam, ideoque vocatur *impulsio* a D. Thoma in II. Sentent. dist. xiv. artic. 2. tamen absolute illam non cogit; sed eidem facultatem se determinandi relinquit. Haec vis, seu violentia recidit in metum gravem. Animadvertendam quoque, voluntatem humanam respectu priorum actuum nequaquam pati violentiam posse; licet illam sustinere queat respectu actuum quos ipsa imperat, ut docet D. Thomas 1. 2. quaesit. vi. artic. 4. *Quantum igitur ad actus a voluntate imperatos voluntas violentiam pati potest, in quantum per violentiam exteriora membra impediri possunt: ne imperium voluntatis exequantur; sed quantum ad ipsum proprium actum voluntatis non potest ei violentia inferri.*

VI. Sermo in presenti non est de violentia absoluta, & omnino cogente, in qua mulier mere passiva le se habet, nullamque

resistentiam exercere potest; sed loquimur de posteriori violentia. P. Ludovicus Lopez I. Part. instruat. confic. cap. xlv. Toletus Lib. V. c. 6. Sotus Lib. V. de iust. quaesit. 1. arr. 5. ad 3. & alii insinuant, feminam posse permittere sui violationem, ut mortem evadat, dummodo voluntate repugnet turpitudini.

VIII. Communis, & vera sententia hoc negat, propugnante feminam mortem evitare debere, ut sui corporis violationem opteter. Quoniam, si morte vitare potest violationem, vis illata non est absolute talis, sed dumtaxat *secundum quid*, quae non aufert absolute reverentiam. Femina igitur in casu qualesionis revera voluntarie permittit turpem congressum, seu violationem libidinosam sui corporis. Siquidem, iuxta oppositam sententiam propagatores, femina permittit se habendo in turpi congressu, voluntarie libidinis proprium corpus invadit, ut mortem effugiat. Desertat *secundum quid* talis, sed quietam, & immobilis se praebet fornicatori. Porro haec exterior quies, & immobilitas feminae non est a principio extrinsecus cogente; sed a propria ipsius voluntate. Minatur utique mortem invalore, nisi femina le se supponat, aut si agitationibus corporis resistat, repellatque invalorem. Verum eiuismodi minae timorem utique incurrunt, minime vero cogunt, aut necessitatem imponunt. Ergo femina voluntarie & libere le se subicit aggressori, sub iplo quiescit immobilis voluntarie, & libere negligit resistere corpore, & omnium virium conatu oblectari. Porro haec voluntaria quies, haec voluntaria indifferentia est interpretativa, & aequalens cooperatio in turpem congressum. Paucis nec clarus explicio. Duplex assignari potest resistentia. Altera est interior, seu voluntatis. De hac in praesentia non loquimur; supponimus enim feminam interius dissentire turpitudinis actioni. Altera resistentia exterior est, seu corporalis. Mulier igitur dum exteriori permittit se habet, dum omni conatu exterioribus membris non resistit, dum perpetrat corporis agitationibus non refragatur; sed libere ob vitandam mortem ingressum concedit aggressori; iam flagitii particeps efficitur. Accedit quod propter summam aetiam delectationem hic exterior consensus simpliciter voluntarius, & secundum quod involuntarius, secum facillime trahit etiam interioris voluntatis consensum.

VIII. Obiciens. Nullum est peccatum absolute consentu voluntatis; sed in casu proposito femina nullo modo consentit in turpitudi-

II. Quomodo certum est neminem posse propria auctoritate, excepta peculiari inspiratione, seu ordinatione Dei, directe occidere semetipsum; ita certum est posse homines interdum iuxta christianae prudentiae regulas indirecte permittere propriae vitae iacturam. Sacri Ecclesiae Fasti splendidia istius indirectae occisionis monumenta nobis exhibent. Christus Dominus religionis nostrae caput sui ipsius crucifixione permittit. Martyres, eiusdem Redemptoris nostri imitatores, virtutis amore invicta fortitudine mortem sustinere. Veritas fidei est Christum Dominum se posse defendere, & simpliciter nutu adversarios suos de medio tollere, atque in nihilum redigere. Martyres quoque ipsi adversus Tyrannos arma stringere potuit. Haec Omnia certa sunt.

II. Quaesit. II. *Tenetur ne homines remedia maximi pretii, & extraordinariae usi ad vitam conservandam?* Resp. Distingueda sunt mortis genera. Quando mors ab aliis non intentatur per vim, sed ex causis naturalibus eventit, quibus tenetur adhibere remedia ordinaria, quibus communitur uti homines solent. Remedia vero extraordinaria, ut maximi valoris medicinas, itinera ad regiones salubriores valde dilatas, divitiarum omnium profusionem, & cetera id genus nemo exequi tenetur ad vitam conservandam. Si vero mors extrinsecus per vim intenter, tunc negligi remedia possunt, etiam ordinaria. Sic Martyres ordinariam defensionem neglexerunt, ut adducit est. Sic potest quis in extrema necessitate panem alteri extreme indigenti relinquere ex motivo virtutis. Sic licet est naufraganti tabulam quam tenet, amico relinquere, si praesenter exiliunt, utiliore esse Republicae eius vitam quam propriam; secus, si nulla alicuius virtutis ratio appareat. At in his eventibus magna opus est prudentia. Ceterum, si mors imminet extrinsecus per vim a causa naturali (puta, vides feram ad te dilaniandum occurrere, a finimine absorbendum te esse, a flammis comburendum) peccares, si istum remedium ommitteres: quia nulla apparet virtutis ratio, cur possis permittere voluntarie tui ipsius mortem in his casibus.

III. Quaesit. II. *Licetum ne est id agere unde scuturta mors indirecte praevideatur?* Resp. Adfirmant omnes. Quare praetuli milites possunt.

radinem actus pravi: ergo non peccat. Quod non consentiat, patet: quia positive dissentit: Illa exterior quies, & indifferentia permixta physica est, non moralis. Resp. Eiusmodi femina non habet consensum formalem, bene tamen interpretativum. Qui non vetat, vetare cum possit, iubet. Potest, ut supponitur, femina corporis agitatione, & nihil resistere: quia si esset usquequaque compressa, haud foret disputatio locus: tunc enim solum cum sancta Lucia carere posset: *Si incitiam iulvis volari, castitas nihil duplicabitur ad coram.* Ergo dum voluntarie, & libere ad evitandum mortem omittit exterio-rem repulsum, interpretative consentit in ipsum flagitium congressum. Porro ad peccatum non requiritur consensus expressus, & formalis voluntatis, sed sufficit interpretativus, & aequivalens, scilicet habetur in nostro casu. Tunc nullus eiusmodi consensus habetur, quando femina exterius undiqueverum compressa, & ad icpitas redacta, nullo modo resistere valet. Verum, quoties timore mortis voluntarie permittit corpus suum fecdari, illa in hoc exterius opus presumitur consentire; periculumque grave est ne in ipsius a-ctibus turpitudinem consentiat. At, cum haec questio ad sextum Decalogi mandatum pertineat, iterum ibi in examen vocabitur.

CAPUT VIII.

De homicidio casuali.

I. Homicidium casuale illud dicitur quod est prae intentionem occidentis. Duplex distinguitur homicidium casuale solet. Alterum quod est prae voluntatem tunc in se, tum in sua causa: & hoc homicidium proprie casuale dicitur, omnique peccato caret, utpote ex quacunque parte involuntarium. Alterum homicidium casuale illud est quod, licet non sit volitum directe, & in se, volitum tamen est in sua causa, vocaturque casuale mixtum est voluntario indirecto, & ex causa: & hoc homicidium peccatum est.

II. Dupliciter evenire hoc homicidium indirectum potest, nempe dando operam rei vel licitae, vel illicitae. Si des operam rei licitae, adhibeaturque omnem moralem diligentiam ut caveas homicidium, quod inde sequi posse praevides; nullo inquirimus homicidii crimine. Quare qui proficiunt regulas, aut lapides, ex quibus graves percussiones, aut occisiones sequi praevident, si diligenter cla-

ment, admoncantque transeuntes; nullum peccatum perpetrant, etiam si post diligenter adnotationem sequatur homicidium. Haec ratio licet ex moderata patris verberatione moreretur filius; licet venator in nemore, ubi nec suspicatur reperiri hominem aliquem, explodens scloporum occidit hominem, exillmans se occidere seram, nullum peccatum est.

III. Si vero des operam rei illicitae, ex qua communiter sequitur homicidium, peccas peccato homicidii. Hanc nobis exhibet doctrinam Angelicus 2. 2. q. xiv. art. 8. *Casus est causa agens prae intentionem: Et ideo ea quae casualia sunt, simpliciter loquendo, non sunt intenta, neque voluntaria. Et quia omne peccatum est voluntarium, secundum Augustinum, consequens est quod casualia, in quantum sui/modi, non sunt peccata. Contingit tamen id quod non est actus, & per se volitum, vel intentum, esse per accidens volitum, vel intentum, secundum quod causa per accidens dicitur removens prohibens. Unde ille qui non removet ea ex quibus sequitur homicidium, si debeat removere, incurrit quodammodo homicidium voluntarium. Hoc autem contingit dupliciter: uno modo quando dans operam rebus illicitis, quae vitare debebat, homicidium incurrit; alio modo, quando non adhibet debitam sollicitudinem. Et ideo secundum iura, si aliquis det operam rei licitae, debitam diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium sequatur, non incurrit homicidii reatum; si vero det operam rei illicitae, vel etiam det operam rei licitae, non adhibens diligentiam debitam, non evadit homicidii reatum, si ex eius opere mors hominis consequatur.*

IV. Ex D. Thomae doctrina videtur colligi, dari operam rei illicitae, quamrunvis ex ea homicidium natura sua nec certo, nec verisimiliter sequatur, si tamen sequatur, imputandum fore. Quod difficile est, & veritati repugnare videtur. Nam nullum peccatum, nisi voluntarium. Si ergo nullo modo praevideatur in actione turpi homicidium, nec sit praevidendi obligatio, quia communiter ex illa actione sequi haud solet homicidium; non videtur quod, si casualiter, & prae omnem intentionem sequatur homicidium, debeat imputari dari operam rei illicitae.

V. Distinguendum igitur est. Quando quis exeret opus illicitum, ex quo communiter homicidium consequitur, haec diligentiam adhibeat, ut illud vitet, reus homicidii evadit. Quia, cum ex una parte opus illud vitatum sit, & ex alia inde sequatur

communitur homicidium, quoties aliquis vult opus illud illicitum, vult quoque homicidium illud consequens. Prae oculis tamen habenda est Caeteram doctrina in hunc articulum D. Th. Si opus illicitum, cui das operam, non sit nisi veniale peccatum, & diligens sit ad cavendum periculum homicidii quod inde sequi solet; non eris reus nisi venialis culpe, neque mortaliter homicidium erit tibi imputandum. Afferit exemplum Gaetanus. Si religiosum, qui vii luce professores casus in cap. *Dilecti*, re, equitanti accidit extra de homicidio, non propterea reus esset homicidii; dummodo nullo ex praefata equitatione praevideret periculum. Angelicus ergo loquitur de opere illicito ex quo communiter sequitur homicidium, quae quando opus ipsum est via ad mortem. Si quidem voluntas, quae praecavere periculum studeat, inflexa est, & languida, quando communiter ex tali opere mors consequitur. Quare tunc iuste homicidium tibi imputatur, quia est reapse voluntarium in causa. Doctrinam hanc clare confirmat Catechismus Concilii Tridentini Part. III. sect. 7. in 5. praecip. *Quomodo homicidii reus sit qui casu cadens fecit. In quo tamen duas de causis peccari potest. Altera, si quis in re iniusta occupatus hominem occiderit: exempli causa, si quis gravidam mulierem pugno, vel calcio percuteret, ex quo abortus sequeretur; fuisset quidem illud prae percussoris voluntatem, non tamen prae culpam, cum illi non liceret nullo modo gravidam mulierem percute- re. Altera, si non omnibus circumspiciis, negligenter, & incaute aliquem occiderit. Haec est tota D. Thomae doctrina, in cuius intelligentiam ne abluas a reo, adverte, homicidium debere esse connexum cum actione illicita, vel iniusta.*

VI. Quare, si raro, & fere nunquam ex opere illicito sequatur homicidium, praecedatque debita, & moralis diligentia; tunc non videtur imputandum. Hinc, si Clericus venationis arborum, aliarumque ferarum operam det, sed moralem vigilantiam & sollicitudinem adhaeat ad evitandum homicidii periculum, etiam remotum; reus utique erit praecipii ecclesiastici, prohibentis Clericis venationem; secus homicidii, si casu inde sequatur. Quando igitur opus illicitum nullo modo via est ad homicidium, etiam si inde sequatur mortem, praeter omnem operantis intentionem, non videtur imputandum.

VII. Plura hic dicenda forent de irregularitate, & restitutionis onere, quae ex homi-

cidio sequuntur. Verum haec omnia suis propriis locis discutientur.

CAPUT IX.

Animadversio in ea quae dicta sunt de homicidio, & suicidio.

I. S. Erio, & summa maturitate ea quae de homicidio scripti, recogitavi, expendi. Laxe, & efferate nonnullorum recentiorum opinioniones, quae licite effundi humanum sanguinem docent ob vanum honorem, ob infidiam aliam, ob conservationem unius, decem, viginti aureorum, antiavergentiae mihi sunt, & humanae societati perniciosissimae videtur. Augustinus defensionem propriae vitae cum occasione invaloris improbare videtur. Doctrinam S. Augustini interpretatur S. Thomas 2. 2. q. xiv. art. 7. locum habere in eo qui intendere occidere invaloris. Siquidem Angelicus docet nunquam licitam esse propriae vitae defensionem cum intentione occidi aggressorem. Concedit dumtaxat posse hominem intendere propriae vitae conservationem cum moderamine inculpatae tutelae se se defendendo, etiam praeter, eius intentionem mors sequatur invaloris. Hoc iustum inculpatae tutelae moderamen, hac prava intentio vitae conservandae seorsum in illo consistit (in quo concitatus est animus, turbata mens, & intestino tumultu omnia fervent) ab intentione occidendi iniustum aggressorem, difficillima est. Idcirco fundendae praes Deo sunt, ne similes permittat eventus, nolque a tam gravissima tentatione liberet.

II. Latronum occisiones, quas licitas laudati recentiores defendunt, improbas, & cum evangelica lege pugnantis iudico. Namquam ergo licita erit furum occisio? Extrema vitanda sunt. Extremum in quod prolapsi praestati recentiores sunt, cavendum; cavendum quoque & alterum. Quid, si latrones domum tuam obsiderent, omnia tua bona rapuri ad vitam, ad familiam totam subsistentiamque necessaria? Quid hoc in casu diceret? Reum defensionem intendere, ex qua praeter eius intentionem mors furum sequeretur? Ego sane homicidii criminosis hanc dampnam non auderem, dummodo mod-rarum inculpatae tutelae servaretur. Sed subdo perarros esse ejulmodi casus, & rarissime servari ea omnia quae S. Thomas praescribit ad licitam defensionem vitae cum occasione invaloris. Cautissima igitur sint consilia, cauteque decisiones

in similibus controversis, quæ acutissimæ Augustini mentis aciem fugerint. Patres omnes, & divinæ Scripturæ terrena bona prævi facere, immo contemnenda inculcant. Pro unius, sicut pro omnium animarum redemptione mortem Christus IESUS appetit. Hæc præ oculis habenda, ut quam sint Evangelio repugnantes opinionem supra recensite, quæ facie permittit homicidia, comprehendere valeas.

III. Negat S. Augustinus licitum esse homicidium ob virginitatis defensionem. Causam quoque hanc illis accenso qui vix ac ne vix quidem evenerint. Ex historia ecclesiastica legisse me non recordor ex tot virginibus sincero virginitatis amore flagrantibus, ad lupanaria ab ethnicis Principibus damnatis, Deum permisit ut vel una florem amitteret virginitatis. Legi, plures divino afflatas Numine sepias occidit, ut tantum thesaurum intaminatum custodirent. Nullibi legi, vel unam eo spiritui actam, ut irrueret in aggressorem,

illumque interimeret. Arma castitatis sunt pudor, verecundia, modestia, invidiæ constantia, animi fortitudo, quæ aggressores strenue repellunt; ad celestis sponsi sinum receptus, & ardens divinæ gratiæ petitio. Hæc si servaverint virgines, castæque matronæ, nunquam deerit ad repellendos impuros aggressores divinum vasidissimum præsidium. Si ergo nullibi legitur servata virginitas gladio tincto humano sanguine, non est cur nos homicidia concedamus licita virginibus: quia alia via a Deo providi eidem didicimus. Hæc sunt consilia nostra. Ceterum utrum evenire casus possit in quo licita sit castitatis custodia cum occisione aggressoris, penitus ignoramus. Neque regulam certam pro rarissimo eventu præcipere volumus, tum quod revera quid definiendum sit, minime tenemus, tum ne hinc recentiores aliqui anam arripiant, regulam pro aliquo extraordinario casu consuetam extendendi, & dilatandi, uti in more habent, ad quoscumque fere eventus.

LIBER OCTAVUS IN DECALOGUM,

SEXTUM, ET NONUM PRÆCEPTUM TRACTANS,

Non machaberis: Exod. xx. vers. 14.

Non concupiscas uxorem proximi tui: ibid. vers. 17.

P R O O E M I U M.

DUO sunt flagitiorum genera quæ gehennam Christianorum multitudine implent, concupiscentia carnis, & cupiditas divitiarum. Unumquodque horum criminum duplici præcepto vetitum est. Carnis concupiscentia sexto, & nono, rerum cupiditas septimo, & decimo prohibentur. Cuiusque alterius generis vitium unico præcepto vetatur. Et tamen quæ primis Decalogi mandatis adversantur, graviora sunt: id verum habet. Nichilofecit quia vehementiori impetu in hæc duo feruntur homines, idem concupiscentiam duplici expresso mandato, sicuti & rerum cupiditatem aliis duobus præceptis cohibere Deus opportunum duxit. Materies sexto præcepto prohibita, ampla est, latulentata, pestifera, quæ in corporum, non iecus ac in animarum perniciem levit. Omnibus vitis pudiorum cum hæ, præ omnibus sceleribus a Deo purissimo spiritu animas abducit, illaque in brutorum gregem præcipites agit; quibus brutis hebetiores evadunt libidinosi. Illa enim ut plurimum solius generationis causa coeunt; contra luxuriosos homines, omnibus temperantia, & honestatis legibus fractis, multis æquique infrunitores, continenter huic hærent luto. Non corporis sanitas, non vite diuturnitas, non æterna animarum salus a lubrico cursu revocare eos valent. Ob oculos habent putrida corpora, libidinis lue inquinata, sanie, & tabo undique diffusenta: nec propterea respiciunt. Adeo potens est veneris opium

opium ad fascinandos homines libidini deditos. Quo vero universalior est contagio isthæc, eo est explicitior diffusior: non quod difficile sit illius cum ratione, divinaque lege repugnantiam ostendere, sed quia adeo glutinosa, adeo nefanda est, ut vix haberi sermo de ea possit, quin lingua, mens, aureque inquantur. Quare sapienter Catechismus Concilii Tridentini admonet III. Par. de 6. præcepto lect. 1. ut in hac re explicanda cautus admodum sit Parochus, & certis verbis rem commemorat quæ moderationem potius defendat quam orationis copiam. Verendum est enim ne, dum is late atque copiose nimis explicare studet, quibus modis homines ab huius legis præcepto discedant, in illarum rerum sermone forte incidat, unde excitante potius libidinis materia quam extinguente illius ratio emoritur solet. Utinam saluberrimam hæc admonitionem executioni mandasset Casulite plurimi, qui plus iusto hæc picem illi volutarunt calamo. Quid opus erat tot libidinoforum monitrota inventa, tot horridos explende libidinis modos, atque conatus ob oculos lectorum ponere? Numquid necesse erat rationica insillere, auctoritates allegare, ut evincenter ostenderentur rationes, quas insatiabilis luxurie ardor excogitavit? Verecundia a natura insita damnata, excutatur, & perhorrescit magnam illarum quæstionum partem quæ non sine legentium stomacho lato calamo discutite occurrunt in quibusdam recentioris Theologiæ Auctoribus. Hi, ad scribendis hæc de re rationem quod attinet, prudentiorem, & cautiorem temperantiam desiderari de se passi sunt. Studium auferendi peccata, a quibus vel ipsa abhorret natura, in causa fuit cur ad examen vocarent ea quæ perata, a quibus vel ipsa abolveri debuissent. Sobria erit hoc de argumento disputatio nostra. Quique huiusmodi hæc in re Theologus est, si rationis ductum sequatur. Sexto ac septimo præcepto non modo opera externa luxurie, & furti Deus vetat, verum etiam actus interiores: ideo nos explanationem texti, & noni præcepti coniungimus, quod ambo eodem pertinent.

DISSERTATIO PRIMA.

DE LUXURIA, EIUSQUE SPECIEBUS.

CAPUT I.

Recensentur propositiones tum ab ecclesia damnatae aduersus sextum præceptum, tum quæ nimiam laxitatem, & horrorem præferunt.

§. I.

Propositiones damnatae ab Alexandro Papa VII.

I. Molities, sodamias, & lesbianitas sunt peccata eiusdem speciei infama: ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem. Est 24.

II. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis præcepto, dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam. Est 25.

III. Est probabilis opinio quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensu alterius, & pollutionis. Est 40.

IV. Non est obligandus concubinarium ad eiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarium, vulgo
Conc. Theol. Tom. IV.

Regalo, dum deficiente illa, nimis agere agere vitam, & alia epule radio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficite inveniretur. Est 41.

Propositiones proscriptæ ab Innocentio XI.

I. Tam clavam videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contra rationem omnino rationi dissona videatur. Est 48.

II. Molities iure nature prohibita non est. Unde, si Deus eam non interdixisset, sepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali. Est 49.

III. Copula cum coniugata, consentiente marito, non est adulterium: adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatorem. Est 50.

IV. Famulus qui submissis humeris scienter adiecit herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subiecit deferendo scalam, aperiendo ianuas, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne a domino male tractetur, ne torquis oculis aspicatur, ne domo expellatur. Est 51.